



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. XII. Notatum prouerbium, Ossa atque pellis. tum Virgilius, Ouidius,
Plautus emendati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

candidati ducta appellatio est. Præterea cognomine
hæc distinguere voluit ab illa, quæ *Petitor Heres* in-
scribitur. Iam sententia fragmenti clara est, esse ver-
ba bene precantis candidato, & illius responderitis.

In Feruit.

Pompon. Fullone. *Facite vt ignis seruat, ligna instipite,
far concidite.*

dictum est, *instipite*. Instipare est iniicere: vt obsipare,
obscicere & aggerere. Plautus: *Obsipat acyulam*. Vt au-
tem sonare, sonere; tonare, tonere: ita instipare, insti-
pare promiscuè inflectebant. Pomponius alibi: *Par-
tem insipui, conclusi, condepsui.*

In Intybos.

Pompon. Placentæ. *Rustici edunt libenter pedibus tristes,
acres intybos.*

Scribo, *pedidos, tristes*. Pædidum quod cæter & gra-
uolentis est, vt omnes nôrunt.

CAPVT XII.

nam prouerbium, *Ossa atque pellis*. tum Virgilius, *Oui-
bus*, Plautus emendati.

P. VIRGILII versum Bucolico tertio libri pu-
blici ad vnum omnes ita legunt:

His certe neque amor causa est vix ossibus herent.

sententia non multum, à verborum & interpun-
tionis venustate abductum longulè. Scribo enim:

His certe (neque amor causa est) vix ossibus herent.

actor mihi perspicuis verbis in Terentij Eunuchum
mutatus: *Hi hicc, his hisce, nominandi casu numero mul-
tis promiscuè vsurabant.* His ergo hoc loco hi est.

postea trita Latinis auribus formula est, *amor causa*
est sic Cicero Lælio: *Valetudinem causa non mæsti-*

B tiam

nam fuisse. Et reducit hic versus mihi alterum in memoriam P. Nasonis non dissimilis sententia:

Si pata est, Veneri similis; si flaua, Minerve;

Sit gracilis, macie qua male visa sua est.

Emendo versu posteriore, *macie qua male visa sua est*. Vt enim Maro, vix herere ossibus; ita hic Nalo, nisi macie siue macilenta cute dixisse videtur, potius, nisi me meum fallit somnium, dixit, de qua, vt verus verbum est, *ossa atque pellis tota esset*. Ius verbum dico, quod *raposus* dicitur iactatum id fit in macilentos è Plauti locis duobus colligebatur.

Capitulis:

Macescere, consenesco, & tabesco miser,

Ossa atque pellis sum miser à macritudine.

Ita rectè ms. Langij: malè vulgo *miserà macritudine*.

Aulularia:

Volo ego ex te scire, qui sit agnus curio.

E V. *Qui ossa atque pellis totu'st, ita cura macet,*

Quoniam extra inspicere in sole erit in viuo licet,

Ita is pellucet quasi latet in Panica.

CAPVT XIII.

Notatum item pro uerbum, *Vipera est in veprecula*. Cuius illustratus Virgilius, & Cicero pro Sextio.

EODEM Bucolico leguntur hæc ab omnibus.

Qui legitis flores & humi nascentia fraga

Frigidus, ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba.

neque tamen cultius quidquam subesse vili pretum suspicati sunt. Mihi numquam dubium quin poëta ad paræmiam quamdam respexerit fortasse eam qua vulgò ferebant, viperam in veprecula: de periculo graui & inopinato.